



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De septuagintaduob[us] discipulis ca. lxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Euangelica

efficiat marime si radic cuiusdam herbe ponere in naribus obfessi. Alii enim ioseph se vidisse quendam exorcistam captum et adductum ad respasianum dum obsideret hierusalem. quod annulum sub cuius gemma radice erat: posuit in naribus cuiusdam obfessi. et adsuravit demonem: et egressus est demon. Ut autem probaret effectum demonem posuit peluim aquam plenam in medio et adsuravit demonem ut subuenteret peluim et subuenterit eam. Quod autem in aruulis quidam includit spiritus immundus: pro quem imperat alijs demonibus non credit esse salomonis inuentum De ci priano magno martyre dicit augustinus quod in pyride quidam eburnea dum adhuc magus esset tres habebat demones inclusos pro quibus quod volebat et postea redibat. Sed puella cuius amorem te nebat nunquam potuit ad ducere. quod illis spiritus signa culu crucis opposuit. Quo precepto: ciprianus ad fide conuersus est. et postea martyr factus cum iustina virgine.

De maria magdalena.

Capitulum. LXXIII.

Ecce quidam dicunt

hunc dñm vocatum in nazareth a quodam phariseo in domum suam. et ibi magdalena dimissa peccata: quod et secuta est eum. plures dicunt in bethania factum: sed nequilo et nec tempus quod factum est in euangelio certificari potest.

Magdalenam oppidum est. in milliario a tyberide. quod prius cbennereth dicta est.

De ministerio marthe.

Capitulum. LXXV.

Santum est autem

si dominus ascenderet in iudeam iesus in quodam castellum intrauit: et martha excepit illum in domum suam et ministrabat ei. Sessio autem sororis illius audientis dominum plata est a domino ministerio marthe: non quod maioris meriti sed quod non auferet ab ea.

De questione iohannis.

Capitulum. LXXVI.

Iohannes autem

cum audisset in vinculis opera christi misit ad eum duos discipulos suos dicens Tu es qui venturus es an alium expectamus? Non dubitabat iohannes quod dixerat ecce ag-

nus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Sed cum ad huc discipuli eius dubitarent. misit eos ad iesum quod. Ite ad eum et ab ipso quodrite. vtrum ipse sit christus? an adhuc venturus sit. Tunc gregorius super ezechielem videtur velle quod iohannes nesciebat vtrum se vel per alium spoliaret infernum. quod. Prope est ut descendam ad populum meum. Quia ergo te nunc clavi superis. vis ut inferis te nunciem. Iesus autem amouit dubitationem eorum: ostendendo certa signa sui aduentus. Illis autem abeuntibus commendauit iohannem turbis dicens. Intra hos dies mulierum non surrexit maior iohanne baptista. et est hic mulier non solum sexus nomine: sed et nomen fracture. Vtrum autem sanctorum eo post aliquis fuerit vel futurus sit. indidicissimum est. Nec ob hanc laudem credendum est hereticis qui dixerunt iohannem esse angelum humanatum. quod etiam dominus predicauerat de eo fuisse dictum. Ecce ego mitto angelum meum etc. Ad didicimus dominus quod omnis lex et prophetia usque ad iohannem prophetauerunt. Vbi intelligendum est ex maxima parte. quod post prophetam agabam. et quatuor filie philippi. Tunc et probauit ciuitatibus galilee in quibus plurimas fecerat virtutes. et proposuit illis tyrum et sidonem. Redeuntes autem quidam apostolorum ad eum: nuntiabant ei quod docuerat et fecerat. Et duxit eos in desertum locum ut requiesceret pusillum. nec ei edendi spatium habebat pro turbis.

De septuaginta duobus discipulis

Capitulum. LXXVII.

Est hec designa

pro uir dominus et alios. lxxij. discipulos. et mittebat eos binos autem facie suam. Reuersi sunt autem et hi cum gaudio dicentes. Domine etiam demonia subiiciunt nobis. Erubescit ergo iesus et dixit. Conscite cor tibi domine pater celi et terre. quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis et nemo nouit patrem nisi filius: neque filius nisi pater. Erubescat eunomius dicens se plenam habere notitiam de patre et filio. nec excludit vtriusque conexio. Ob hanc enim arrius spiritum creaturam esse putauit. et non equalem illis. quod non sciebat quicquid illi.

In coronis ecclesiarum sunt. xij. maiores turres. quasi. xij. apostoli et duodecim minores. quasi. xij. prophete. et lxxij. candelabra pro his discipulis designandis et angelis quasi custodes ecclesie intelleguntur.

D